



Universitätsbibliothek Paderborn

**Consolator Fidelis Et Proficientis Animæ seu
Exhortatiunculæ Spirituales Et Succinctæ In singulas
Dominicas & Festa anni divisæ, quibûs Confessarius in S.
tribunali animam Deum verè quærerentem paternè ...**

Eisvogel, Veremund

Augustae Vindelic., 1727

28. S. P. Augustinus Episc. & Ecclesiæ Doctor

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52716](#)

Gal.
felix di
na pro
per co
o per in
is diem;
purificati
sacrifici,
z proxim
denique
um an
em, &
rolunca
Ore
ivere, &
. Altari
visita
ntem in
rem ro
am qua
Domini
estum

XXVIII. Augusti. S. Augustini. 505

Festum S. P. Augustini Episcopi
Hipponensis, & Ecclesiæ Doctoris,
Patriarchæ multorum filiorum
fœcundissimi.

EXHORTATIUNCULA I.

Diu restitit vocanti Deo Augustinus,
satisque infructuosè primam trans-
egit juventam, non saluti, sed peccatis,
& libertati sacerduli inserviendō. O fili!
Florem ætatis nostræ cui nos impendi-
mus? Erravimus cum Augustino. Jam
pœnitentem sequamur.

Instructio meritoria.

Ut diluamus delicta juventutis, & pro
his aliqualiter satisfaciamus, hodiernæ
S. Confessioni specialiter subjungamus
confessionem de abusu, de laxitate, &
injuria primæ ætatis; denique *Gradua-
les Psalmos* in occulto peragamus coram
Sanctissimo. Acceptabile sacrificium
Deo cor humile, & compunctum.

II.

UNDE tam subita S. Augustini pœni-
tentia, & conversio? Ex lectione
sacra. Vix illa D. Pauli ad Romanos le-
gerat

306 XXVIII. Augusti. S. Augustini.

gerat verba : *Non in comedationibus,
non in cubilibus, & impudicitiis, non in
contentione, & emulatione, sed induimi-
ni Dominum Jesum Christum*, jam al-
tum suspirabat : *Ah ! serò te amavi.
Fili ! desuntne nobis hæ veritates ? Non-
ne abundant ? At ubi correspondens mo-
rum, & vitæ emendatio ?*

Instructio meritoria.

Feriâ sextâ per singulas hebdomades
aliquid ex S. Scriptura legamus, quam ut
& ad manum habeamus, unicè vigile-
mus. Pro neglectu autem tot insti-
tuum, & negligentia tot lumen & ve-
ritatum supernaturalium unam horam
recollectionis statuamus nobis, quam vel
precibus, vel lectioni spirituali, aut co-
ram Sanctissimo in templo, aut Crucifijo
in cubiculo piè transigamus. Tempus
non deest operandi bonum : Modò no-
bis non deessemus.

III.

Coepit bene S. Augustinus novicii
conversus : Sed felicius continua-
vit ; donec cursum sanctitatis suæ con-
summaret gloriofissimè. Non suffici-

cod.



XXIX. Augusti. Decollat. S. Joan. Bapt. 507
converti ad Dominum. Dilecte! Finis
coronat opus, & ad apicem evehit sum-
mæ perfectionis. Fuimus ut novitii in
conversione; vivamus modò, ut pro-
fessi in omni sanctitate, & justitia. Ita
jubet virtus regia, Christiana constantia.

Instructio meritoria.

Id ipsum ut nobis, & omnibus SS. P.
Augustini religiosis filiis eò certius obti-
neamus, opera, & omnia devotionis
exercitia hodiernæ diei offeramus pro
magno spiritu, fervore, & insigni emo-
lumento celebratissimæ familiæ Augusti-
nianæ. Operibus jungamus preces, pie-
tati *Litanias de omnibus Sanctis*. Au-
diemus ex ore tanti Patris, & Fundatoris.
Quod uni ex meis fecistis, mihi fecistis.

Festum Decollationis S. Joannis
Baptistæ.

EXHORTATIUNCULA I.

Veritatem qui amat, hominum fa-
vores, & respectum non curat.
S. Joannes liberè Herodem aggreditur
increpans in faciem illius impudentiam,
& illud objiciens: *Non licet! Non licet*